Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Predigten - Cod. Aug. perg. 118

Gregorius <Nazianzenus>

[S.l.], [9. Jahrh./10. Jahrh.]

De fide Nicaena

urn:nbn:de:bsz:31-66157

Visual Library

sicut scriptum est ex uoce dni; Effundam de spu
meo super seruos & ancillas meas; Et iterum;
sps ex me procedit; & ipse dns saluatorq; noster.
De meo inquit accipiet; Ex eo utiq; qd est filius·
quia & filius de deo quod pater est; ex inde pfini
to tempore uenturus· uiuos mortuosq; iudica
turus· ut reddat credentib; premium· Non cre
dentibus uero supplicia; Cuius regnum aeternū
inmortale· nec initium habet nec finem; Cui ē
honor & gloria in scła scłorum. Amen;
Haec qui legis p dnm obsecro ne simplicitatē sensus
in ambiguum torqueas· aut aliū quam dictas in
trahas; quia nos patrem· uerum patrē confite
mur· & filium di· uerum filium di· & spm scm
uere spm scm Credimus; tres psonas unius sub
stantiae· & unius diuinitatis confitentes; Sabelli
aū & Fotini nec non & Arrii sectam & si qua
alia sunt quae contra regulā ueritatis ueniunt con
demnam; Nicenū aū sīboli tractatum· omni ani
mi nisu ex tota fide seruantes amplectimur;
Hunc enim tractatum scimus contra omnes hereses
inuicta ueritate oppositum· Amen.
EXPLICIT DE FIDE SCI GREGORII.
INCIPIT DE FIDE NICENA.

Credimus in unum deum patrem omnipotentem
& in unigenitum filium eius iesum christum dominum & deum
saluatorem nostrum & spiritum sanctum deum. Non tres deos sed
patrem & filium & spiritum sanctum unum deum esse confite
mur. Non sic unum deum quasi solitarium. Nec
eundem qui ipse sibi pater sit ipse & filius. sed
patrem uerum. qui genuit filium uerum. ut est deus
de deo. lumen de lumine. uita ex uita. perfectum
de perfecto. totum a toto. plenum a pleno. Non
creatum sed genitum. Non ex nihilo sed ex pa
tre. Unius substantiae cum patre. Spiritum uero sanctum
deum. Non ingenitum. neque genitum. Non creatum.
nec factum. sed patris & filii. semper in patre &
filio coaeternum ueneramur. Unum tamen deum.
quia ex uno patre totum quod patris est deus. natus est
filius. & in patre totum quod inest totum genuit
in filium. pater filium generans. non minuit. nec
amisit plenitudinis suae deitatem. Totum autem quod deus
pater est. id esse & filium a deo natum certissime
tenentes. cum spiritu sancto unum deum piissime confitemur.
Credimus iesum christum dominum nostrum dei filium per quem omnia
facta sunt quae in caelis & in terra uisibilia & inui
sibilia. propter nostram salutem descendisse de caelo.
qui numquam desierit esse in caelo. & natum de

spū scō ex maria uirgine; uerbum caro factum.
non amisit quod fuerat. sed coepit esse quod non erat. ni
demutatum. sed dm̄ permanentem. et iam homi
nem natum. non putatiue. sed uere. non aerium
sed corporeum. non fantasticum sed carneum.
ossa sanguinem sensum et animam habentem;
Ita uerum hominem. ut uerum dm̄. unum eundem
que uerum hominem et uerum dm̄ intellegimus.
ita ut uerum dm̄ uerum hominem fuisse nullo
modo ambiguum confitendum. hunc eundem
dnm̄ nrm̄ ihm̄ xpm̄ adimplesse legem et prophetas.
passum sub pontio pilato crucifixum secundum scrip
turas. tertia die a mortuis resurrexisse. adsump
tum in caelis sedere ad dexteram patris. inde uen
turum iudicare uiuos et mortuos. expectamus in
huius mortem et sanguinem emundatos. remissi
onem peccatorum consecutos. resuscitandos nos ab eo
in his corporibus et in eandem carne qua nunc sumus.
sicut et ipse in eadem carne. qua natus et passus.
et mortuus est. resurrexit. et animas cum hac carne
uel corpora nostra accepturos; ab eo aut uitam aeternam.
premium boni meriti. aut sententiam pro peccatis aeterni
supplicii. EXPL. DE FIDE NICENA. INCIPIT
DE PENTECOSTE. ET DE SPŪ SCŌ IN ECCLESIA